

bant vertere, dorfaque in idola; verum ut describit Ezechiel, cap. 8. 16. *Dorfa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientem, & adorabant ad ortum Solis.* Sic igitur, 2. Paralip. 6. *Averterunt facies suas à Tabernaculo Domini, & prebuerunt dorsum.* Eo amentia progressi sunt, ut non solum non respicerent, sed Deum ad iracundiam provocarent, prolapsi de iniquitatibus in iniquitatem ampliore, cum ire deberent de virtutem, ut videretur Deus in Sion: ad eum videre nolent, ut defectum ac fastidium ostenderent; vertebant dorfa, à quo tor, talia, & tanta acceptant beneficia. Sicut faciem ostendere, est signum amoris; avertere faciem, & dare subinde terga, indicat displicentiam: quare ut claretur ipsorum animus pravus, indocile, barbarum pectus, primum in idololatriam, ac simul in impudentiam; aversione vultus, & dorfi facie, non solum ostendebant erga Deum amorem exulem, sed etiam defectum, quasi hocci ducerent.

19 Luxta morum corruptorum noxam, à Domino æquâ lance cogitantur supplicia. Si illi prebuerunt dorsum, & à me averterunt faciem; *Dorsum & non faciem ostendam eis.* Faciem ostendam, ut dorsum miseri videant, *Faciem ad iudicium, non ad gaudium: ad supplicium, non ad premium:* inquit Augustin, in Ioann. Tract. 76. *Vultus Domini gaudium plenam: verum super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.* Psalm. 33. 17. Interrogat sanè iustum & impium, aliter tamen & aliter: alium videt in virtutum premium, & alium ob peccata in exterminium. *Verterunt ad me tergum, & non faciem; & in tempore afflictionis sue dicent: Surge & libera nos.* Dorsum & non faciem eis ostendam. Nec noscam, nec ignoscam. Faciem in me convertendam, convertebant in idola. Surgant & opitaleantur vobis & in necessitate vos protegant, *Ubi sunt Dij tui, quos fecisti tibi? Surgant, & liberent te in die afflictionis.* Ubi Dij de quorum victimis comedebas adipem, & bibebas vinum libanimum? Ridebo prorsus de supplicijs & supplices. Quicquid displicet, post tergum projicitur. *Isai. 38. 17. & Ecli. 21. 18.* Haud iudicatur dignum aspectu, quoniam offendit intuitu. Unde non tantum auxilia subtraham, verum etiam vexamina in delinquentes immittam, clamoresque dolentium projiciam post tergum, quasi non exaudiam; dedignatus indignatione crebræ provocationis intueri, quum vel in tantis supplicijs indigni miseratione. Non solum longè aberit amor; sed defectu supplicium adstabit fulminans terror; ut in gentibus disperdam, uti pulverem comminam, quoniam misericordem ac pium ipsi vecordes adiuverunt in malam. *Verterunt ad me terga, & non facies; cum docerem eos diluculo* (id est, summo studio, & sollicitudine & à principio, quando ab Agypto eduxi) *& erudirem & nolent audire, ut acciperent disciplinam, & (pro Ideo) posuerunt idola sua in domo in qua invocatum est nomen meum.* Eo processit audacia, verum fuit à tergo non clauda, sed pernix pena.

20 Expresserunt sicine Israëlita Deitatis defectum, ceterum in proprium damnum; quandoquidem dedit eos in opprobrium sempiternum. Ad æqualitatem situs corporis instructa vindicta, non solum in captivitate Babylonica, sed etiam quum Synagoga reprobata fuit penitus reprobata. Quia faciem absconderunt, & prebuerunt dorsum, Dominus dicit: *Dorsum & non faciem ostendam eis.* Quando igitur hæcine acta? Quando avertentes faciem, verterunt terga. *Tolle, tolle* (dixerunt Pilato: *Ioann. 19. 15.) crucifige eum.* Noluverunt (expresso non tam tædio, quam odio) sine vultus aversione, videre in quem desiderant Angeli prospicere. *Crucifixerunt:* sed enim quo situ? Ita ut dorsum haberet ad templum & Civitatem, utriusque indignum arbitranter conspectu: sicque illis ostendit dorsum & non faciem; quia indigni, quod illos intueretur, qui nullatenus capiebant videre illum. Ad Adrichomium in Iersusalem, num. 252. Hinc meditanter dicitur: *Dorsum & non faciem ostendam eis, in die perditionis eorum.* Illi fuerunt post & non faciebant: mortuæque Synagoga perversa in die perditionis iacuit; quia Dominus sicut illa dorsum ostendit: *Tu dereliquisti me dicit Dominus: retrorsum exististi. Laboravi rogans: dispergam ventis in portis terra.* Non faciem, sed dorsum ostendam, ut timeant severum, quem sperere pium. Prædixerat Proverb. 1. à v. 24. *Quia vocavi, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis: ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsanabo, cum vobis, id quod timebatis, advenit, &c.* Quam aptè, *Laboravi rogans!* Ut synagoga obtineret requiem, ultrò sustinuit laborem: rogavitque quasi suo interesset, quæ ad pacem illi. Prava mens hæud potest dirigi:

21 Primario scopo respondendum modo, ut alia affines illustrentur Tautologiae, De Samuele ut vidimus dicitur: *Ministrabat ante faciem Domini.* Et v. 11. *Minister in conspectu Domini ante faciem Heli:* cap. 3. 1. *Ministrabat Domino coram Heli.* Quid signent huiusmodi voces, & alia similes, in Scriptura obvia, operapretium erit exponere. Hic igitur utriusque idiomatis Orientis. Unde ubi Levitic. 23. 6. *Pharse Domini est,* Chald. legit: *Pharse coram Domino.* Hic v. 10. *Sublimavit cornu Christi sui,* Samaritan. *Coram Christo suo.* v. 35. *Ambulabit coram Christo meo:* Hebr. *Coram faciebus Messie.* Idem Malucnd. Sæpe huiusmodi phrasæ indicantur presentia, vel conspectus. 2. Cor. 8. 24. *In faciem Ecclesiarum:* id est, coram omnibus. Galat. 2. 2. *In faciem vestri:* scilicet, os ad os: Vernacolè: *Cara à cara,* uti Geael. 32. 30. & Exod. 33. 11. *Facie ad faciem,* Utrumque amplectitur Ierem. 32. 4. *Loquetur os eius cum ore illius, & oculi eius oculos illius videbunt.* Singulari stylo utuntur & Græci, & Latini. Euripid. in *Andromach.* v. 738. *Præfens apud præfentes apertè:* Plaut. in *Mossellar.* Act. 5. scen. 1. v. 27. *Adsum præfens præfenti tibi.* Et in *Pseudol.* Act. 4. scen. 7. v. 43. *Coram præfens præfentem videt.* Virgil. 1. *Aneid.* v. 599. *Coram, quem quaeritis, adsum.* Sic ergo *Coram, in conspectu & ante faciem,* cum reliquis particulis, presentiam connotat, imò refert ad aliud similiter præfens: quare cum presentia Domini in templo fulgeat, & Sacerdos residere debeat in Sanctuario; Samuelem ministrare Domino coram Heli, in conspectu Domini ante faciem Heli, vel ante faciem Domini, nihil aliud significat, quam cum Sacerdote, Deo in Sanctuario servire ministrum. Ibi etiam Deo plena sunt omnia (ut vel Ethnicus cecinit *Elogia,* 3. v. 60. quod sumptit ex Arato in *Astronom.* v. 2.

21 Primario scopo respondendum modo, ut alia affines illustrentur Tautologiae, De Samuele ut vidimus dicitur: *Ministrabat ante faciem Domini.* Et v. 11. *Minister in conspectu Domini ante faciem Heli:* cap. 3. 1. *Ministrabat Domino coram Heli.* Quid signent huiusmodi voces, & alia similes, in Scriptura obvia, operapretium erit exponere. Hic igitur utriusque idiomatis Orientis. Unde ubi Levitic. 23. 6. *Pharse Domini est,* Chald. legit: *Pharse coram Domino.* Hic v. 10. *Sublimavit cornu Christi sui,* Samaritan. *Coram Christo suo.* v. 35. *Ambulabit coram Christo meo:* Hebr. *Coram faciebus Messie.* Idem Malucnd. Sæpe huiusmodi phrasæ indicantur presentia, vel conspectus. 2. Cor. 8. 24. *In faciem Ecclesiarum:* id est, coram omnibus. Galat. 2. 2. *In faciem vestri:* scilicet, os ad os: Vernacolè: *Cara à cara,* uti Geael. 32. 30. & Exod. 33. 11. *Facie ad faciem,* Utrumque amplectitur Ierem. 32. 4. *Loquetur os eius cum ore illius, & oculi eius oculos illius videbunt.* Singulari stylo utuntur & Græci, & Latini. Euripid. in *Andromach.* v. 738. *Præfens apud præfentes apertè:* Plaut. in *Mossellar.* Act. 5. scen. 1. v. 27. *Adsum præfens præfenti tibi.* Et in *Pseudol.* Act. 4. scen. 7. v. 43. *Coram præfens præfentem videt.* Virgil. 1. *Aneid.* v. 599. *Coram, quem quaeritis, adsum.* Sic ergo *Coram, in conspectu & ante faciem,* cum reliquis particulis, presentiam connotat, imò refert ad aliud similiter præfens: quare cum presentia Domini in templo fulgeat, & Sacerdos residere debeat in Sanctuario; Samuelem ministrare Domino coram Heli, in conspectu Domini ante faciem Heli, vel ante faciem Domini, nihil aliud significat, quam cum Sacerdote, Deo in Sanctuario servire ministrum. Ibi etiam Deo plena sunt omnia (ut vel Ethnicus cecinit *Elogia,* 3. v. 60. quod sumptit ex Arato in *Astronom.* v. 2.

22 Aliter ante faciem & in conspectu Domini ministrare, in laudem Samuelis, & non abs te, pretiositate virtutis; possumus interpretari: nimirum facta apodofi, seu contrapositione in ministracione cum filijs Heli, qui pessimi, in conspectu Domini

22 Aliter ante faciem & in conspectu Domini ministrare, in laudem Samuelis, & non abs te, pretiositate virtutis; possumus interpretari: nimirum facta apodofi, seu contrapositione in ministracione cum filijs Heli, qui pessimi, in conspectu Domini

22 Aliter ante faciem & in conspectu Domini ministrare, in laudem Samuelis, & non abs te, pretiositate virtutis; possumus interpretari: nimirum facta apodofi, seu contrapositione in ministracione cum filijs Heli, qui pessimi, in conspectu Domini

Quarta Synagoga inn. gratis de

1. Reg. 2. 28

Facies pro presentia.

Quarta exposit.

Virgil.

Num. 7. 89

Facies Dei pro Sanctuario, aut templo.

1. à v. 24.

1. à v. 24.

Facies Do-
mini pro ci-
ta inmacu-
lata.

Et præ id est

Quinta ex-
positio.

Maliuend.

Quid sit, am-
bulare coram
Deo

Exami con-
scientia.

Anthon-

Presentia
divine con-
sideratio.
Senec.

Ambros.
Quid, in no-
mine Domi-
ni ambula-
ret

Post Domi-
num?

Cum Domi-
no?

Bernard.

nescientes Dominum; quippe non erat timor Dei ante oculos eorum. Dei dicitur esse in presentia qui inculpabilis. Genes. 6. 9. de Noë dicitur: *Vir iustus atque perfectus fuit, cum Deo ambulavit.* Secunda periodus per exercitiam exponit primam: q. d. Ambulasse claret cum Deo, quia vir iustus & perfectus. Hebr. *In faciebus Elobim.* Abrahæ dicitur cap. 17. 1. *Ambula coram me, & (id est) esto perfectus;* signatque Deus, quæ perfectio sit. 3. Reg. 9. à n. 4. *Si ambulaveris coram me in simplicitate cordis & in equitate, & feceris omnia, quæ præcepi, & legitima mea & iudicia mea seroaveris.* Unde singularis & insignis obicitur oculis sanctitas, vitæque inculpabilis ante Deum, sive in Dei conspectu sine querela; quippe digna & facie & conspectu Dei. Ita Samuel in ministerio, Dei comprobatur obtutu, *consummatus, integer, perfectus, immaculatus, omnibus numeris & modis absolutus; ita ut reprehendi & culpari non possit.* Haud aliter vita in ministerio Sanctuarij, Dei conspectu, vel ante faciem Domini; ut observat Maluend. in *Genesi*, 6. v. 9.

23 Pro quo notandum, varias esse voces in Scriptura pro significanda perfectione, iustorum, & corruptela nocentium; nimirum, *Ambulare coram Domino*, Genes. loc. cit. *Ambulare cum Domino*, cap. 5. 22. & 9. 6. *Ambulare in conspectu Domini*, cap. 24. 40-3. Reg. 3. 6. *Ambulare post Dominum*, Osee, 11. 10. *Ambulare in nomine Domini*, Mich. 4. 5. *In timore Dei*; 2. Esdr. 5. 9. *In lege*, Psalm. 118. 1. *In lumine*, Isai. 2. 5. *In via mandatorum*, Psalm. 118. 32. *Ambulare coram Domino*, vel *in conspectu*, est consideratio presentia Dei ad faciendam & non faciendam iuxta tenorem legis, nequid delictet amissis: & ut Domini cor adimpleat opere ac cogitatione voluntatem; totum se explorat ad anguem.

— *Quid gestum in tempore, quid non. Cur isti facti decus absuit, aut ratio illi? Quid illi præteritum? Cur hæc sententia sedit, Quam melius mutare fuit? Miseratus egenatem Cur aliquem fractâ per se nisi mente dolorem? Quid voluit, quod nolle bonum foret? Utile honesto Cur malus antetuli? Num dicto, aut denique vultu Perfrictus quisquam? Cur me natura, magis quam disciplina trahit? Sic dicta & facta per omnia Ingressus, ortoque à vespere cuncta revolvens, Offensus pravis, dat palmam & premia rectis.*

Hactenus Anthonius, *Edyl.* 8. 16. in examen actionum iuxta legis, iurisque prescriptum. Sic enim ambulat homo in timore Domini, in lege, atque in via mandatorum. *Fac omnia* (inquit Senec. *Epist.* 25.) *tanquam spectet aliquis: prodest sine dubio; custodem sibi imposuisse, & habere quem respicias, quem interesse cogitationibus tuis iudices.* Hoc quidem longe magnificentius est, sic vivere tanquam sub alienius boni viri, ac semper presentis oculis: ego etiam hoc contentus sum, ut sic facias quæcunque facies, tanquam spectet aliquis. *Omnia nobis mala solitudo persuadet. Nemo est, cui non satius sit cum quolibet esse, quam secum.* Hoc est ambulare cum Domino, cuius summa perfectio, & ambulare in lumine. Ita tanquam in speculo refulget forma virtutis: hinc vivendi exempla, in probitatis summam: equidem ut ait lib. 2. de *Virginibus*. Ambrosius: *Quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeat ostendunt. Ambulare in nomine Domini, est illum colere non solum corde ac mente, sed ritibus ab illo institutis, & in loco signato, nec alijs vicinis, quam ab illo prescriptis.* Ita enim dicitur de Ethnica Regina Saba, 3. Reg. 10. 1. *In nomine Domini venit:* ut observat hic Lyranus. *Ambulare post Deum*, est habere idem velle & idem nolle; ita ut cor sit unum & anima una: non duo, sed in duobus una voluntatis forma, qua consistit, ambulantis post Deum, quod in lege Domini voluntas eius; igitur ponit in via gressus suos; quia iustitia ante eam ambulavit. Servus enim semper Dominum sequitur, & filius patrem. Denique ambulare *cum Deo*, familiaritatem indicat, quasi duo simul præ amicitia, ac actionum complacentia; ita ut separari nequeant: quia mutuo summa & infima conciliant. Unde 1. Reg. 13. 14. dicitur: *Quæsit Dominus sibi virum iuxta cor suum.* Sic homines sunt cum Deo, quia in illo quiescunt, & moventur & vivunt. Elucet Virginis excellentia, dum alij iusti sunt cum Domino, & Mariæ dicitur: *Dominus tecum:* Luc. 1. 28. *Alij* (ait Bernard. serm. 3. super *Misus* est, num. 4.) *Deum sibi specialiter iungunt: sed cum ita sit cum omnibus sanctis, specialiter tamen cum Maria;*

est

am qua utique tanta ei consensio fuit; ut illius non solum voluntatem, sed etiam carnem sibi iungeret. Vide quæ diximus, Tom. 1. Tautol. 6. Didasc. 18. numer. 8. & Tom. 4. T. 12. Didasc. 5. num. 22.

24 Econtra autem iter impiorum tenebræ & lubricum; & Angelus Domini persequens eos, ut cadant in retiaculo eius peccatores. Ambulant vias non bonas, sed difficiles: *Post vanitatem.* Ierem. 2. 5. id est, post idola. *Post pravitatem cordis:* cap. 16. 12. *Post concupiscentias.* Eccli. 18. 30. *Secundum desideria cordis:* Psalm. 80. 13. Ita qui non posuerunt Deum in conspectu suo, ambulant: *in omni via*, 4. Reg. 21. 21. quæ via non est; siquidem *in circuitu impij ambulant:* Psalm. 11. 9. Cor utique, ut alio canit Ovid. ad *Pison.* à v. 53.

— *Calce citat, modò torquet in auras*

Flexibiles rictus, & nunc cervicæ rotatâ

Incipit effusus in gyrum carpere cursus.

Volitant ante oculos falsa mentis gaudia, & species voluptatum; quoniam præ falsitate tantum species. Trahunt, sed sequentibus illudunt: alliciunt scitiores, at quasi apprehense recedunt; ut cæci somniantes vigiles currentes post cordis figuras, respiciant in vanitates, & infanias falsas. Anni sunt ad molam, qui semper iter faciunt, sed non perficiunt.

Ast mea non lacrymis, sed digna pudore ruina est,

Quæ roto servilis sponte subacta molas.

Qualis ab infida Samson detonsus amica

Corcuit indignas, hoste iocante, rotas.

Ita queritur anima, voluptatibus oppressa, apud Hermann. Hugon. lib. 1. *Gemit.* 4. *Quilibet enim peccator in concupiscentijs, ac inventionibus cordis.*

Voluitur Ixion, & se sequiturque, fugitque.

Nemo cum concupiscentijs ambulat, sed post illas: ad quas non pervenit, ambulans in circuitu, quo se fugit, quando sequitur: etenim nunquam apprehendit delicias, sed tantum concupiscentias, ludibria infatuati cordis, lassati in via iniquitatis, quousque sero aperiat oculos, in inferno collocatus. Vivit quasi non esset Deus, & falleretur intuitus: equidem si micat obiter aliquis aliquando Deitatis respectus;

Pallet, ut nudis presit qui calcibus anguem.

25 In Hebræis ductis in captivitatem, apparet peccatorum falsum mulcimen: quandoquidem illi abeunt post desideria cordis tanquam mancipia, & demon exactor post illos: ut inducat captivos in cruciamina. *Parvuli* (ait Ieremias) *ducti sunt in captivitatem ante faciem tribulantis.* En conditio tyranni victoris, & dira captivitatibus: neque aras exultat, neque furorem retardat: igitur *abierunt absque fortitudine ante faciem subsequenti.* Liqueat discrimen inter Deum & diabolum: Deus hominibus obicitur, ut videatur, & visu afflictionem levet: diabolus obicit ante faciem, ut videat ardere vexatos, & tribulet. In his vocibus. *Ante faciem subsequenti* (quod quidem necessarium, si præcedebant captivi) notatur diritas Chaldaeorum, ducentium Israëlitas in captivitatem, non tanquam homines, sed quasi bestiarum gregem, ex quo si aliqua devia, vel tarda gressibus, non ducitur, sed abigitur sustibus. *Ducti sunt enim ut grex direptus ab inimicis:* Baruch. 4. 26. & recruduit inhumanitas, equidem ut succinit Hugo, quò dandum:

Tu super hæc etiam lorit servilibus inflas,

Adit & in penas verbera dura meas.

Hocine facinus utique videtur dirum, sed ultra processit cum infantibus scythis quippe etiam coram præventes ducebat, ut sequerentur parentes, ætate adulta; infligendo in iter captum teneris vestigijs: etenim *abierunt absque fortitudine* (scilicet, robore) *ante faciem subsequenti.* Crudelitatem detestatus Senec. 3. de *Benef.* cap. 23. *Dominam suam* (ait) *ante se egisse, & ad supplicium ab ipsi duci.* Quid, si pueros? Iuvenal. *Saty.* 14. v. 65.

Vox domini fremit instantis, virgæque tenentis,

Potius peccatoris barbari cruditas sollicitabat mortuos, quam captivos, futuros infantes servos. Esau dicenti Iacob: *Gradiamur simul, eroque socius itineris tui;* respondit prudenter: *Non, quid parvulos habeam teneros, & boves fortas mecum: quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur una die cuncti greges.* Genes. 33. 13. Vel Profanus dicit de Alcanio sequentem patrem in fuga, 2. *Aneid.* v. 723.

Virginis ex-
cellentia in
gratia Dei.

Psalm. 111
9.

Ovid.

Peccatorum
errores.

Herm. Hug.

Ovid.

Voluptates
fuites.

Iuvenal.

Thren. 1. 5
6.

Crudelitas
Chald. eorum
in Hebræis.

Hug.

Seneca

Iuvenal.

Homines si-
ne humani-
tate.

Virgil.

— *Dextra se parvus lulas
Implicuit, sequiturque patrem non passibus aquis.*

Igitur compellere puerum festinanter in iter longum, non iuxta aratrem, sed iuxta præcepta verberum; & altuit præceptoris vesaniam, atque in abacto citò defecturam vitam. In prudentiam Præfidum plerumque desipientium infulus, ac crotalis dignitatum, cap. 64. *Sanct. Regul. SS. Benedictus utitur præfato testimonio Iacob. Testimonia discretions, matris virtutum sumens, sic (in hic) omnia temperet; ut & fortes sint, qui cupiant, & infirmi non refugiant.* Causamque exprimit ex zelo, dum debacchantur Præfides ex probulio, scabie potestatis, atque pruritu lubricitatis. *Noverit enim (præscribit cap. 27.) se infirmarum curam suscepisse antimarum, non super sanas tyrannidem.* Quò enim perventura immanis cogitatio lascivia, quæ nec minutulæ pepercit ætati? Patet inaudita tyrannidis, dum parvuli abierunt sine virtute, ante faciem subsequentiis: ut conficerent verbera, quod nequibat ætas imbecillis, delicatula. Quicquid insolens potest, licere cogitat; quippe non in legem, sed tantum intendit in potestatem. Vide quæ diximus, *Tautolog. 1. Did. 1. à n. 1. & D. 2. à n. 6. Compescat furororem Horatius de Arte, v. 136.*

*Atatis cuiusque notandi sunt tibi mores,
Mobilibusque decor nataris dandus, & annis.*

26 *Coram* namque Caldæi habebant infantes, illos flagris subsecuentes, quasi palam & ad idem; sed acceptiones reliquæ exponendæ in Tautologia propositum. *Coram* sæpepius certitudinem significat: hinc accipitur pro *Verè, sanè, ac firmissimè*. Ad dicitur plerumque *Coram Domino* meditantè phrasè Hebraicâ, vel in his quæ videntur importuna; ut asserum constet innegabile, quasi ipse dixerit: equidem cum Deus in iudicio non erret, nec falli possit; firmatur iudicium hominum, quasi Deiratis iudicio firmaretur. Sic intelliguntur plures Sacre pagine auctoritates. Genes. 27. 7. *Benedicam tibi coram Domino*: hoc est, verè. Numer. 34. 22. *Obtinebitis regiones, quas univis coram Domino*; scilicet, sine dubio. 3. Reg. 2. 45. *Thronus David erit stabilis coram Domino*: idest, firmissimè. 4. Eldr. 3. 5. *Insufflavit in Adam spiritum vite, & factus est venator coram te*: videlicet, verè vivens. Genes. 10. 9. *Erant robusti venatores coram Domino*: nimirum, reapse, reverè, & ad pugnam viribus validus, Milites dici Venatores, haud novum in Scriptura. Psalm. 90. 3. *De laqueo venantium*: putà, militum Saul. Prædicunt Ieremias & Ezechiel venturum in Ierusalem exercitum Chaldaeorum; & hic cap. 32. 30. ait: *Principes Aquilonis omnes & universi venatores*; & ille cap. 16. 16. *Mittam multos venatores*. Sic igitur Ierusalem lamentatur: *Venatione ceperunt me*. Thren. 3. 52. etiam Plutarch. de *Defect. Oraculor.* de milite canit

Ne ille quidem venator erat, furaxque.

Haud aliter Genes. 13. 13. dicitur: *Peccatores coram Domino nimis*. 1. Reg. 16. 6. *Num coram Domino* (idest, verè hic) *est Christus eius*? Luc. 24. 19. *Potens in opere & sermone coram Deo*. Dancel. 13. 23. *Melius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini*: q. d. verè peccare. Idem vult dicere David, dum exclamat: *Malum coram te feci*: hoc est, *Peccavi Domino*: 2. Reg. 12. 13. *Malum exclamat: Erravi, peccavi, deliqui*: geminatâ Pallogiâ in confirmationem veritatis, atque signum certitudinis; quemadmodum illud: *Peccaverunt patres nostri, & fecerunt malum* (sine excusatione, reipsâ) *in conspectu Domini Dei nostri, dereliquentes eum, averterant* (idest, quia, per Afyndeton) *facies suas à tabernaculo Domini & præverterunt dorsum*. Ita quidem sensus claret testimonij, in quod hinc inde impingitur necessitantiâ Idiotismi. Prodigus reversus in se ac in domum, quam vesanus fugerat; occurrenti, imò accurrenti patri dixit: *Pater, peccavi in celum & coram te*. Econtrariò videbatur: siquidem dicere debuit: *Pater, peccavi in te & coram celo*, quippe celo tegebatur ubique. Plures hic torquent periodum in propria cogitationis futilem sensum. q. d. *Pater, peccavi in celum & contra te: coram* accepto pro *contra*. Alij interfecto parabolæ filo, dirigunt sententiam in Patrem cœlestem, præsidem misericordiæ & arbitrum culpæ, quasi prodigus respiscens oblivisceret cœli. *Ly Coram* non in præsentiam dirigendum patris, aut superstantis cœli; sed duntaxat in certitudinem innegabilis errati: quare sese noscens, atque pudens, dicit quod longè patraturum, *Coram*: hoc est, *Pater verè peccavi in Deum*, sub nomine cœli. Sic Iosue, 7. 20. Achan ait: *Verè ego peccavi Domino*. Clarius, 2. Reg. 19. 6. *Et verè cognovi modò*. Hebræ

S. Benedict.

Lyrannii
Præfidum.
Idem.

Lib. O.

Coram pro
Verè, sine
dubio.

Venator pro
militis.

Plutarch.

Psal. 50. 6.

1. Paral. 29.
6.
Afyndeton
in Scriptura.

Luc. 15. 21.

Coram pro
contra.

Modò coram cognovi: idest, clarè. Idem ad illud Psalm. 57. 2. *Sj verè (palam) iustitiam loquimini*. Ierem. 8. 8. *Verè mendacium operatus est*: similiterque innumeris testimonijis.

27 In alijs quidem auctoritatibus non solum invenitur *Coram*, & *Coram Domino*; sed etiam additur *Cœli*. 2. Eld. *Flevi & luxi diebus multis, & orabam ante faciem Dei cœli*. Idem, 1. cap. 1. 2. *Genes. 24. 7-2. Paralip. 36. 22. Daniel. 2. 19.* & alibi sæpe. Haud defuerunt locutuleij, ex his qui ladunt cogitationibus infulsis, & desipiunt, cum sapiunt; qui hic nomine *Cœli*, intelligerent Deum auctorem Universi, cuius regimen dicitur *Cœli militia*, iuxta Hebr. Genes. 2. 1. *Perfècti sunt cœli & terra, & omnis exercitus eorum*: etenim cuncta ut caestorum acies ordinata; qua de causa etiam dicitur *Musca cœli*, de qua nos serid, *Tom. 7. Tautolog. 8. Vox cœli* aliquando significat rem sublimem, ut egi, *Tom. 2. T. 6. num. 11. & T. 6. n. 7.* sumiturque frequenter pro superlativo. Incired sensus est: *Orabam ante Deum altissimum*; cuius sedes eminentissima, utpotè non tam cœlum, quam cœlum cœli. 2. Reg. 22. 12. *De nubibus cœlorum*: idest, de elatis nubibus. Genes. 11. 4. *Cuius culmen pertingat ad cœlum*: hoc est, turrim altissimam. Micat acceptio, Deuter. 16. 15. *De excelso cœlorum habitaculo*: unde selecta, rara, peregrina & pretiosa, dicuntur cœlestia, ut poma cœli, ibid. 33. 13. 14. In celo gloria Domini est, propriumque habitaculum: quippe licet etiam Deus terræ (quoniam utrumque ex nihilo condidit) plaudaturque utriusque arctifex & dominus, *Genes. 1. 1-24. 3. 7. & Psalm. 120. 2.* haud dicitur terra thronus Dei, sed *scabellum pedum eius*: Psalm. 98. 5. ideoque ut supplex Nehemias Dei exprimeret. maifestatem ac certitudinem, flevit & oravit coram illo, adorans in celo, quasi in throno proprio. Alijs supersecedo, egi quippe & fuse *Tom. præced. Taut. 6. num. 23.* ubi delicavi, cur iurè dicimus: *Pater noster, qui es in cœlis*; & nequaquam, *Pater N. qui es ubique*. Acta non ago. Sic ergo Nehemias Deum orat, & Deum, cuius sedes in celo, quoniam Deus vivus, vivens, videns & verus, ut latè egimus hic *T. 3. à num. 66. & Tom. 4. T. 4. n. 23. & 30.*

28 Aliquid mihi occurrit, nescio an singulare. Cœlum hic, præut auguror, vocatur terra sancta, potissimum Ierusalem, versus quam, qui absentes nonnumquam orabant; etenim ibi Deus suum in terra collocaverat cœlum, super Cherubim efformans thronum. Hinc emphaticè dictum; *Cœlum cœli Domino*, qui est in celo: in terra autem sedes non cœlum cœli, sed Oraculum, sive Sancta-Sanctorum, quod in terra fecit cœlum. In hocine terrestre cœlum avidè prospiciebant exules, versusque locum absentes Deum orabant. *Ingressus in domum suam* (dicitur de Daniele, cap. 6. 10.) *& fenestris apertis in cœnaculo suo, contra Ierusalem tribus temporibus in die steterat genua sua, & adorabat coram Deo*. Altruitor mos, 3. Reg. 8. 44. 48. *Orabant te, contra viam Civitatis, quam elegisti*. Sic enim de Sara Raguellis exulis filia, dicitur, Tobie, 3. 10. *Perrexit in superius cubiculum domus sue*. Hoc est, rectum domus, in quo ambulacrum (apud Nosrates, *Azotea*, apud Græcos, *Pionosilon*) ubi textus Græc. astruit, orasse ad fenestram Versus Ierusalem. Hoc cœlum Hebræis, quoniam ibi facies Domini, de quo infra: igitur sicut in celo Deus colitur ab Angelis, ita in templo colebatur ab Hebræis. Hoc in sensu Deus dicitur *notus in Iudæa*: Psalm. 75. 2. & 64. 2. *Te decet hymnus Deus in Sion*: quo loco emphaticè Hebr. *Te decet silentium Deus in Sion*: siquidem in Sion magnitudo Dei laudatur, quæ alibi filerit, quia non cognoscitur. Hæcine terra illorum patribus promissa, ac ab eis possessa; quippequam ibi tabernaculum Dei cum hominibus, cœlum vocabatur. *Operuit cœlos gloria eius*: dicit Habacuc, 3. 3. Idest, templum, de quo 2. Paralip. 7. 2. *Eò quod impleset maiestas Domini templum Domini*. Idem, *Isai. 6. 1.* perspicuiusque cap. 34. 5. ubi perculsus Dominus iteratis sacrilegijis Hebræorum, decernens Synagogam propter idola præcutere; ait: *Inebriatus est in celo gladius meus: in celo, nimirum in terra promissionis, & in habitatores eius, quos inter cultu habitabat quasi in celo: sic ergo pro pietate ac indulgentia criminum in templo & propter templum dicebant: Attende de celo, & vide de habitaculo sancto tuo & gloria tua. Ubi multitudo viscerum tuarum?*

29 Terra igitur Israël, maxime Ierusalem, ubi Sanctuarium, dicitur Dei cœlum; quoniam ibi savebat, auxiliabatur, orationem suscipiebat supplicem, ac demùm gratijs ostendebat faciem. Percipietur modò, quid sit fugere à facie Domini, qua fugi nequit, ut dicitur *Psalm. 138. à v. 7. Fugere itaque à facie Domini, nihil aliud est, quam*

2. Eldr. 2. 4.

Cœlum pro
re sublimi,
& pro super
lativo.

Psalm. 119.
16.
Terra sancta
dicitur cœlum Dei.
Dan. 6. 14.

Psalm. 64.
2.

Isai. 63. 15.

quam solum verterè, ac deserere terram, in qua Deus specialiter hominibus favet. Sic Cainus dixit Domino: *A facie terræ*, & (pro *Idest*, *Nimirum*, & cætera exergrafica) *à facie tua abscondar*: q. d. in hac terræ portione, patriâ meâ, cum hominibus conversaris, qui sanè habentur in delicijs; cum favere, ac ostendere faciem tuam non dederis.

Gen. 4. 14. Et proclidit.

Mar. Viâ.

Convenit illi
A patrijs longe damnato excedere terris.

Succinit Mar. Viâtor, in *Genes.* lib. 2. v. 296. In monte Moria factum autumant Rab- bini, quippe ibi Abel occisus est, traditus iugulo Ifaac. Talmudiste in Tractat. *Be- reschit-Rabba*, cap. 23. asserunt Adamum ex pulvere montis Moriz esse formatum, atque rectè dictum à Sapientibus veteri verbo esse, *Creationem eius in illo loco conti- gisse, ubi peccata eius expiatio est*. Rabb. Eliezer ex communi ludzorum opinione prodit, montem in quo ædes Ierofolymitana stetit, hunc ipsum esse, in quo primus hominum parens Adamus sacra fecit: atque ibidem mox Abelum, Caiumque munera sua Numini obtulisse: rursus verò & Noachum illic altare possuisse, cum ex Arca egrederetur, & Abrahamum cælestibus monitis huc profectum fuisse, ut si- lium mactaret. Vide Cunæum lib. 2. cap. 12. Ioseph lib. 6. de *Bell.* cap. 11. insignem fabulam effatit, de Sara Abrahamæ coniuge, quam vocat Reginam, liberatam ab ini- dijs Nechois regis Ægypti, quia Abraham tenedit manus ad locum montis, quò post erectum fuit templum. Locum illum dictum *terram visionis*, propter prodigia quæ possuit Deus super terram, signatumque fuisse Abrahamo columnâ ignea luminosa usque in cælum pertingente; ac in loco ubi Christus crucifixus, sepultum caput Adami, diximus ex varijs AA. Tom. 2. Tautolog. 5. numer. 14. & 19. additque Petr. Co- meit. in *Histor. Sebolaftic.* 3. Reg. cap. 26. in eodem monte sepultum fuisse ligam, indicatum à Regina Saba, in quo crucifixus Dominus. Vide Pinedam lib. 5. de *Rebus Salomon.* cap. 14. à numer. 51. Fides horum sit penes Auctores, vel penes lectores; certum utique, in terra qua cum parentibus debebat improbus Cain Deum illi ap- paruisse, ut ex contextu liquet, & illum fuisse allocutum; quod quidem dicitur fa- ciei offensus, ac vultus manifestatio: quare à facie Dei abscondi, est fugere aliò, ac deserere tellurem, in qua Deus tot gratijs dignabatur ostendere faciem. Hinc in confirmationem acceptionis idiomatis, v. 16. subditur: *Egressus Cain à facie Domini, habitavit profugus in terra ad orientalem plagam Edem*. Hoc est ab Hebron, ubi do- micilium patris ad planitiem Libani, ut placet Adrico. in *Aser*, numer. 4. & in *Juda*, num. 145.

Quenam prodigia fa- cta in mon- te Moriaz

Ion. 1. 3.

Facies Dei pro gratijs, & auxilijs illius.

Job.

Psal. 65. 7.

Malevolen- tia Hebræo- rum in Gen- tes, quæ in

30 Haud dissimilis erit expositio ad illud Ionæ, *Surrexit ut fugeret in Tharsis à facie Domini*. Elucet fuga in Tharsis, faciem Domini dici terram alienam à Iona, & à vera religione; non alienam à facie Domini, quia Domini est terra & ple- nitudo eius. Surrexit, ut fugeret à facie Domini; nimirum, ubi illi Dominus apparuit, faciem suam ostendit, & præceptum Ninivitis prædicandi seriò intinavit; Facies, vel conspectus Domini dicitur, ubi ab illo speciale aliquod beneficium con- fertur, uti dixit Agar *Genes.* 16. 14. *Puteum viventis & videntis me*: ubi suam præ- sentie gratiam exhibet, loquitur miracula operatur, & eius clementia ostenditur. Sic descendente in Sina dare legem, *montes fluxerunt à facie Domini*: *Psalm.* 96. 5. *A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob.* *Psalm.* 113. 7. Propterea Ionas fu- giens non fugiebat à facie Domini, quasi fugere posset Domini faciem; sciebat enim impossibile per traditam veram fidem: sed *ne esset cum Deo*, ut legit Hebr. idest, ne esset in terra tot illustrata signis & miraculis; quoniam alibi arbitrabatur impositum iri minime præceptum de prædicatione Gentium. Hic subodoror aliquem zelum amarum in Gentes; quippe Israëlita cavebant, quasi religione arctarent, ne Deus illos propter flagitia desereret, & ad Gentes fastiditus transiret: scriptum namque: *Oculi eius super Gentes respiciunt: qui exasperant, non exalantur in semetipsis.* *Psalm.* 65. 7. Fructum quidem non faciebant: proinde rectè formidabant, ne aufer- retur ab illis regnum Dei, & daretur Gentibus latus fructum. Fuit enim illis ad- versus omnes Gentes hostile odium, expressum & verbo & opere: epulis sape depar- rati, in eodem domicilio cubiculis, aulique discreti: Gentes uti peripsam abomi- nantes vitabant, Dei se gentem dicebant, populum sanctum & electum, Dei singu- lare peculiun, iactantes nomina magna & antiqua, Gentibus omnino nova. Hinc temporibus Hyrcani & Aristobuli, iurgijs quorum sub Rompeiq sensu in urbem serp-

serpsit Imperium Romanum, decretum factum huiusmodi, quo exacerbata Gentilitas *Maledictus, qui filium suum Græcorum instruxerit disciplinâ*. Ita Rab. Zacuth in lib. *Luchasim.* Gregor. Magn. Homil. 40. in *Evangel.* contemplans Iudæum populum divi- ditum, opulentum; Lazarumque mendicum, inhi: *Vulneratus cupiebat saturari de micis, que cadebant de mensa divitis & nemo illi dabat; quia Gentilium quemque ad cogni- tionem legis admittere superbus ille populus despiciebat*. Ab hac ingenita malevolen- tia orum, quod tantoperè indignarentur de lege, à Septuaginta senioribus, in Ieno- cinium Ptolomei Philadelphi, in profanum Græcum idioma conversa: qua de causa pungentem emulationis vomitam subinducantes, solemnî ieiunio specie religionis in- titum cordolium falsi sunt, uti vidimus in *Ephemer.* die 8. & 9. Decembr. Postquam à Gentibus subingati, peiores patribus fuere, & à cunctis male habit; quippequam cun- ctos exosi. Ius Gentium est, errantem dirigere, quærenti indicare fontem; unde Ennius in *Chor.* titul. *Fragment. Veter. Poëtar.* ait:

Homo qui erranti comiter monstrat viam,
Quasi lumen de suo lumine accendat, facit:
Nihilominus ipse lucet, cum illi accenderit.

Greg. Mag.

Enn.

En lex universalis filijs Adam: at Iudæi erraverunt à lege, quasi cæteri hominum non essent proximi. Taxat vel Ethnicus, *Satyr.* 14. à v. 101.

Romanas autem soliti contemnere leges,
Iudaicum cõsunt, & servant, ac metuunt iuris
Non monstrare vias, eadem nisi sacra colenti,
Quæstum ad fontem solos deducere verpos.

Iuvenal.

31 Iam quid indicet *Facies Domini, Coram Domino*, & *In conspectu Domini* de- monstravimus. Idem odiosissimus invenitur in ministerio Samuelis respectu Sacerdotis: *v. 11. dicitur: Puer autem erat minister in conspectu Domini, ante faciem Heli.* Etiam cap. 3. 1. *Ministrabat Domino coram Heli.* Explicandum huiusmodi vocum discrimen in ordinem ad Deum, & ministrum pueruli directorem. Puer Samuel, ex quo susceptus erat delictum Heli, quo totos senex collocarat amores, & cuius modella festivitate in infantia, promptoque obsequio in pueritia, docilitate genij, facilis imbui, præcoci ingenio, ad sublimia propensione; arcana mentis amarissimæ levabat, quam vita fi- liorum cor in fetum eiciebat. Torquendus Seneca in veritatem, dum aliò duntaxat loquitur ad veritatis speciem. *Respice* (inquit, cap. 16. ad *Helviam*) *blanissimum puerum; ad cuius conspectum nulla potest durare tristitia: nihil tam magnum, nihil tam recens in cuiusquam pectore fuerit, quod non circumfusis ille permulceat: cuius non lacrymas illius hilaritas supprimit? Cuius non contractum sollicitudine animum illius argutie solvant? Quem non in iocos vocabat illa festivitas? Quem non in se convertet & abducat infixum cogitationibus? Quem, neminem satiatura garrulitas? Deum oro, con- tingat, hunc habere nobis superstitem.* Hunc puerum, uti diximus sub Heli Anna ge- nitrix obtulit Sanctuario, & attulit Heli, ut ad eius pedes diceret legem, & quomo- dò sese post præclare gesturus circa ministracionem. Etiam retorquendus Virgil. 8. *Æneid.* v. 515.

1. Reg. 18

Samuel cen- trum anno- rum Heli.

Seneca

Sub te tolerare magistro

Militiam, & grave (legis) opus, tua cernere facta
Assuecat, primis & te miretur ab annis.

Virgil.

Aliquem habeat animus, quem vereatur; cuius auctoritate etiam secretum suum san- ctius faciat. O felicem illam, qui non aspectus tantum, sed etiam cogitatus emen- dat! Ita Stoycus, *Epistol.* 11. Ita mater optat filio dilecto, summo Sacerdote magistro.

Senec.

Iuvenal.

Ire viam pergat, & eidem incumbere facta.

32 His utique præmissis expedite intelligitur ministratio Samuelis coram, vel ante faciem Heli. Docebat hic puerum tam quoad futurum officium, quam quoad præ- sens cultum. Unde puer *ad Heli faciem*, nil amplius est, quam Sacerdoti esse familia- rem & proximum: qua de causa qui ministrant propius, dicuntur proximi & ad faciem. Esther, 1. 13. 14. *Ex more regio semper ei aderant. Erant primi & proximi, qui vi- debant faciem Regis.* Hæc erat in Samuelis ætata ministratio, assistentia, scilicet, Sa- cerdoti magistro: cumque in cunctis senem comitaretur, dicitur adesse *ante faciem, vel coram Heli*, ut institueretur, sicut dicitur, 1. Paralip. 18. 17. *Filij David primi ad manum Regis.* Hinc Malvend. legit: *Coram, idest, de mandato Heli. Docente Heli,* Tom. V. M m Sa-

Ad faciem pro familia- ritate, seu assistentia.

Samuel discebat legem Domini & muscen. Alij, *Sub disciplina & imperio Heli*, ab eius nutu pendens: quod quidem vivide explicatur per *ly Ad faciem*, vel *Ad facies*. His verbis non offenditur perfectio ministerij, sed obsequium servitij: quasi nimirum ministraret ad institutionem, ad arbitrium, & tenorem Heli. Ideo etiam ministraret ante faciem Domini, propter Heli directionem, additur *Puer. v. 18. & cap. 3. 1.* ut acceptio phrasis apposite constet: *Puer ministrabat Domino coram Heli*: igitur absolute *ly Ante faciem Dei*, vel *Domini* excludit hominis magisterium, sicut de Ioanne dicitur, *Luc. 1. 76. Praebis ante faciem Domini*, &c. Quare Gregor. Magn. lib. 2. in 1. Reg. cap. 3. inquit: *Ante faciem Domini prae describitur, quia in ministerio suo non erat secutus arbitrium superioris hominis, sed inspirationem Divinitatis.* Illa in ætate Samuel ministrans, sequebatur Heli arbitrium, in ordine ad ministerium. Hoc inquit *Ante vel Coram facie*. Morigerorum igitur conditio infantium, dum aliquantisper ratio micat, nihil coram parentibus, pedagogo vè agere, quin in faciem illorum intendant, & oculos in oculis figant; ut nutu intelligant, an placeant, vel an displiceant.

Greg. Mag.

Plaut.

Persius.

Plutarch.

Quæ scilicet excellens me indolis in Samuele?

Sil. Ital.

Horat.

Senec.

Plutarch.

Florent.

Cura Heli in educatione Samuelis.

Vultum d' vultu comparant:

Ut inquit Plautus in *Amphitr.* Act. 3. scen. 3. vers. 5. Ad rem Persius, *Satyr. 5. à v. 36.*

—Teneros tu suscipis annos,
Artificemque tuo ducit sub pollice vultum.

Ubi Ioannes Britanicus subdit: *Metaphora sumpta ab his, qui imagines ceræ formant.* Sumptis ex Plutarcho libell. de *Instit. liber.* prope init. *Ut enim membra corporis (inquit) quò rectè hæc adolescant, mox à partu conformare pueris necesse est; sic puerorum decet à primo componere mores. Quomodo enim molli ceræ imprimuntur sigilla, sic discipline animis eorum, qui etiam sunt pueri, insculpuntur.* Ita ab unguiculis teneris, quasi sub pollice ceræ docilis, componitur vultus ad morum rectas figuras, & vultus magistri sic artifex actionum pueri, in eum curiose, ac studiosè intendens: sicque ad istum & in ista oculi, nutu tantum in cunctis actionibus imprimuntur puero imago probitatis, regijque mores.

*Iam credit puer, atque annos transcendere facili
Molitur, longumque putat pubescere factis.
Te duce primitias lucis, te magna magistro
Audeat, & primum hoc vincat servasse pudorem.*

Deflectitur ficine in aptiora, atque meliora. Sil. Ital. 4. de *Bell. Pœnic.* à v. 428. Pueri nonnunquam vifas æmulantur actiones: circumspeditioneque Heli (dum frequenter, ut canit Horat. de *Art.* v. 58.

*Reddere qui voces iam scit puer, & pede certo
Signat humum, gestit paribus colludere, & tram
Colligit, at ponit tenerè, & mutat in hora.)*

Vultum verba pueri decent, lingua manente sub custodia, ac habitu totius corporis sub modestia, utpotè sacerdote summo, pedagogo præfente. Haud Samuel quibãt dicere, quod ille alius apud Plaut. in *Pœnul.* Act. 3. scen. 2. v. 15. *Qua sit facia nescio: si quidem in magistrum intendebatur & ministeria & operationes emincerant tanquam in templo, & coram Sacerdote.*

33 *Aliquis vir bonus eligendus est* (inquit Stoicus Cordub. *Epist. 1. 1.*) *ac semper ante oculos habendus; ut sic tanquam illo spectante, vivamus, & omnia tanquam illo vidente factamus.* Proinde prout ex Platone prodit Plutarch. quò nuper, Pueris nec commemorari congruit fabulas; ne animos horum à principio *vecordia*, ac *vitijs* contingat impleri. Si aliquid viget deforme, formandum, aut reformandum lingua magistrum.

*En quanto studio rudes catellos
Urfa perpoliat, decentiorem
Donec imprimat, ingeratque formam;
Mortales meritò rubere discant,
Qui neglecto animi nitore pulchri
In natis, modò sunt luti parentes.*

Uti canit Florent. Schoönhovius, *Embl. 72.* Indoles pueri Samuelis formã fulgebat decenti: traditur Heli in formam decentiorem; ut magister præ oculis habitus, formas sublimium motum, dotisque animi inferret in pectus.

Non

Non tuam veritas faciem:

Dicebat procax Tyresias apud Sophocl. in *Oedip. Tyrann.* 11. 463. Samuel autem cuncta faciebat ad arbitrium Heli, ad vultum vultu converso, verecundè sanè, antequàm possit reprehendi: Ita ut semper tam in creditis ministerijs, quàm in disciplinis perdiscendis, oculis Heli adesset irreprehensibilis. Ampliora, atque pretiosiora continentur in ministratore Samuelis coram Heli, respectu facierum Domini, cui dicitur ministrasse; equidem etiam discendi ardor innumeret cumulatissimum fructum, maior erat ob interiorem a Domino nobile magisterium. Vel parvulus erat summus; Tertio repetitur ministratio (inquit in cap. 3. Caier.) ad narrandam perseverantiam (aptius perfectionem) Samuelis in officio sancto: perfectio nam ministerium in illa ætate, ampliorque cum perfectione: etenim institutione Heli, ac collata gratia è cœlis, impedimenta nescivit ætatis. *Ex his ergo* (inquit Seneca, *Epist. 124.*) *unus bonum natura perficit, Dei scilicet: alterius, cura hominis.* En doctrina sacerdotis, & disciplina celestis. *Quemadmodum omnis natura bonum suum, nisi consummata non profert; ita hominis bonum non est in homine, nisi cum in illo ratio perfecta est.* Hoc bonum (subdit, sed nesciens, nescire tarda molimina gratiam) *adeò non recipit infantia, ut pueritia non speret, adolescentia improbe speret. Bene agitur cum senectute, si illuc longo studio, intentaque pervenit, ubi hoc & bonum & intelligibile est. Quid hoc est? Animus scilicet emendatus, ac purus, amulator Dei, super humana se extollens, nihil extra se sui ponens.* Claret his signis animus Samuelis, quin quæratur extrà, quantumvis superior sit, quia levavit se insigniter super se. Hæc est singularis ministratio coram Deo: de ministerio coram Heli in infantia & pueritia, diximus, *Tautol. 4. à n. 25.*

34 Versiones immisit literæ. *Samuel autem ministrabat ante faciem Domini. Erat minister in conspectu Domini. Samuel ministrabat Domino.* Arias Mont. *Ministrans cum faciebus Domini.* Pagnin. *Ambulans coram Domino.* Haye: *Erat in templo. Maluend. Coram faciebus.* Hebr. *In faciebus Elobim.* Modò aliquid dicamus ad mores, ut quæratur Dei facies.

ADINATON EXEGETICUM.

1. *Samuel ministrabat*, quem Deus in Principem miserat, dum rebellis Israël in legem protervè induruerat cor: ceditque dum videtur Princeps, à Numine positus, è cœlo missus; igitur obvia cordium expugnatio, maxime amore ministro.

2. *Ministrabat ante faciem Domini.* Quorsum quòd Samuelis obsequia coram Domino facta, si ei cuncta nuda & aperta? Ut cognoscat Deo sacratus virtutem operis in virtutis opus: equidem sine attentione, in virtutis opere est opus sine virtute.

3. *Ante faciem Domini.* Deus propter crimina fugiebat homines, & mini-

strante Samuele eius ostenditur facies; Ex Dei generosissima gratia, infantis in ministerio innotescit excellentia. Ante faciem ministrabat, quia Dominus post obsequium apparebat: igitur excellentia virtutis tantæ erat Dei acceptionis; ut idem videretur Samuelem infantulum ministrare, ac Dominum apparere.

4. *Ante faciem Domini*, matre præ gaudio exultante. In calvarij lamentabili articulo minime gaudium, sed afflictæ genitricis vehemens cordolium; quippe in gravissima pena Virgo mater & ministra, crescente in summum dolore, quia ministrabat coram Domini facie.

DIDASCALIA PRIMA.

Quùm Christus è cœlo Spiritum Sanctum misit, corda hominum ad se traxit.

1. **M**ira excogitat amor potissimè si divinus, ut respondeat reamdamatione dilectus. Unde cum delicie

cuis sint esse cum filijs hominum, pro-pendit in suum delictum: rendit arcum, micantem amoris flammam, & corda in-

Sophocl.

Caier.

Samuel Dei amulator, doctus à Deo

Senec.

Ultima ex-positio

Varietas lectum.

Cor hominis scopus amoris Dei.

Mm 2 do-